1817. Attestati de' fratelli Negrelli

1817. Febre
Attestati de' quattro fra=
telli Negrelli
(2)

Copia C

1817 die decima sexta Augusti.

Ex Schola Philosophiæ anni primi. 2

Negrelli Aloysius: Promptus, et acutus. S, puer, i pede certo.

Ex Schola Rhetoricæ anni primi.

Negrelli Nicolaus: infelici nescio quo fato ultimus in arenam descensus, tanto attamen et animi, et corporis robore et solertia pugnavit, ut merito sibi præcedentium vindicavit honores. Primo Accessit.

Negrelli Franciscus quem per annum et amplius absentem deflevi, tribus ab hinc mensibus sua recreavit presentia: strenue cum primis contendit, et si ocyus in arenam descendisset, primam merito sibi palmam vindicavit. Primo Accessit.

Ex Schola Infimæ Primæ Classis.

Negrelli Michael aureæ indolis puer ingenium diligentia excolere non destitit, fratrum exempla imitatus non illis dissimilem adfuturum promittit. Præmio donetur.

Presentes status desumptos esse ex Originali in hoc Seminario Gymnasio existente testor ego infrascriptus ejusdem Seminarij Gymnasij Rector, testorque pariter, fidemque indubiam facio hos quatuor Juvenes filios Angeli Michaelis Negrelli tirolensis moribus quam optimis esse imbutos. In quorum fidem

(L. S.) Datum Feltriæ ex ædibus Seminarij Gymnasij sub die decima septima Augusti 1817.

Josaphat Noren m. p.